

LVCAS ALANTSE BIBLIOPOLA

Ciuis Viennensis, Studiosis

Salutem.



VM semper alias pro uirili mea annixus sum studiosi/uti opti-
mos quosq; authores cura/impenlisque meis uobis publicarem,
tum praecipue hoc spero à me praestitum, nunc Iulio Solino cum
IOANNIS CAMERTIS commentarijs, nuper uero Pomponio Mela
cum minime contemnendis Ioachimi Vadiani Scholijs/meo auspicio im-
preſsione uulgatis, utinam tanta ueſtra cum gratia, quanta uel indubia om-
nium fruge, uel meis certe impenlis atq; laboribus. Quorum spero re-
ipſam apud uos atq; adeo omneis perhibituram testimonium.

Solinum certe tantopere haectenus uotis omnium expetitū,

plurimum abest ut parum uobis gratum fore uerear,

uel quod ipse tanta preſtans per se tum eruditione,

tum gratia, talia prorsus uno in opere absol-

uerit, *δι' οὐπω τίρ ἀκόουμεν οὐδε πολλῶν.*

Vel quod ita demum & illustras

tus, & prorsus recreatus pro-

greditur, ut nec mendae

obſtaculum, nec

obſcuritas

fastidi-

um

paritura

ſit legentibus.

Quod (nequis mearū

me praconem mercium

arbitretur) re ipſa malo quem-

uis experiri. Id unum uobis perſuaſum

uelim, me non tam priuati emolumentū, q̄ pu-

blici commodi gratia, & laboraſſe haect-

nus, & laboraturum, modo ſciam

hoc quicquid eſt meę ope-

rae boni à uobis cō-

ſultum iri.

VALETE, ET ME AMATE.

